

~~F.K. 74~~
F.K. 51. 10.

X 2044482

Bernhardi

Za
2139



Hoc,
 Quod Lector, vides,
 Supremo positum fuit Officio,
VIR O,
 Virtutes spectes, vel Meritorum Amplitudinem
 inqviras, in summis Ævi nostri
 memorando;
Cujus FAMA
 Orbem non pervolavit, implevit,
 Udam Humum spernens Sidera inter Locum obtinuit,
 Me tacente ipse referes,
 Qvis ille,
CHRISTOPHORUS
BERNHARDI,
 Qvi ut Sol Cælo,
 Dux Luminum reliqvorum & Temperatio,
 Augustissima
ELECTORALI SAXONICA
 in Aula,
 Sacris Concentibus
 Divino Cultui jungendis
 Princeps modum dedit, moderamine præivit:
 Tribus adeò Serenissimis Electoribus,
 Felicissimo
JOHANNIS GEORGII
 Nomine
 Orbi Miraculo, Cælo datis,
 In primis fidus, ipse charus,
 Tum
 Dignus e multis habitus,
 cujus Solertiæ

Par.



Par sine pari
DUCUM,

Spem Patriæ adimplentium,
Quæ Dotibus potiores nulla Ætas vidit,
Incunte Ætatis suæ Flore,
Literarum Secretis instituendum,
Dignæ tanto Fastigio Sapientiæ Præceptis
Imbuendum committeretur.

Unde

Curis sufficiens & Labori
Tantis in se Meritis derivaret
Principum Gratiam,
Animos Civium haberet obstrictos,
laudem caperet
Nullo Temporum Decursu intercludendam.

Habes, nec omnia,

Quæ Te scire par arbitror.

Paucis accipe.

Propitio Numine in Lucem editus

Colbergæ,

Haud ignobili Pomeraniæ Opido,

Sub Exordium Anni,

Currentis Seculi supra vigesimum octavi.

Voto Parentum

Solida Doctrina & Honoribus auctus

Junctâ sibi auspiciatissimo Matrimonio, Virgine,

Virtutibus ultra sexum ornatissimâ,

CHRISTINA BARBARA,

Inclytæ WEBERIORUM Prosapia oriundâ,

Septimâ bono Omine, suscepit Prolem,

Vivo se, Superis dividendos:

ut haberet,

Qui secuturum læti Polo exciperent,

Defunctum justo Dolore occupati Quietorio inferrent,

Paterna æqvè vestigia premerent:

Relictis

Principi Ministro,

Patriæ Civibus,

Legum, politioris Scientiæ strenuo Cultore.

In

In quibus
Ut Hæredibus, ita Æmulis
Parentis Felicitas perennet.
Prudentem magis, an Beatum dixeris,
Qui sua potius, quàm aliorum metiri siveverit,
Virtute niti,
Non vultu, maximè serviente
Hominum studia sibi comparare,
Cuncta
post Deum,
in se posita habere?
Nulli gravis, molestus nemini
Uti pariter atque frui didicerat,
cautè fugere,
Quæ suæ, alienæ data Felicitati.
Verbo,

BERNHARDI

Bernhardus fuit
Omni in Vita sua invicto eminent Robore,
Quoscunque Fortunæ Impetus Virtute frangens,
Idem semper sibi,
Nec vel Adversis vel Secundis dispar,
Exemplum,
Quod imitari conaretur Posteritas,
Curam maxime adhibere,
Morti Vitam
ΔΙΑ ΠΑΣΩΝ,
Mediis extremis Æqualibus,
Ad Harmoniæ cœlestis Accessionem habere convenientem:
ut sic jucunda clausula
Svaviter per exactos Annos decurrens,
Vitii nescia ima Pectoris non stimulet
Corporis Morbos, pariter Animi
depellat,
Solututis Nubibus,
Iter in Cœlum aperiat.
Hoc tenuit NOSTER,
Et ad Exitum Vitæ evocatus,
Certus in Morte Vitam se reperire,

Quam

2439 A

Quam moriens desiderabat quotidie
Animâ, unde venerat, Cœlo missâ
Mundanis VALE dixit,
Die XVIII. Cal. Decembr. Ao. A. Chr. Nat.
M. DC. XCH.
Terræ terrena tribuit, Cineres,
Octava Luce post Tumulo conditos,
Magnâ Bonorum Freqventiâ in hoc occupatâ.
Celebret suos fabulosa Antiquitas
Arte Musicâ Heroes,

Unus **BERNHARDI**

omnibus illis potior:
Qvi non Avium Solitudini canentium Modulamina,
Summi ad Decachordum Cantoris Vocem
imitatus
Monaulo DEO cecinit,
Præmium, Coronam non marcescibilem retulit.
Gratulare mecum Viro Victoriâ:
• Ossibus comprecare Quietem:
Mori Disce.

ΟΤΚΕΝ ΤΩ ΜΕΓΑΛΩ ΕΥ,
ΑΛΛ' ΕΝ ΤΩ ΕΥ ΤΟ ΜΕΓΑ.

Ex Deb. fec.

M. Joh. Valent. Merbitz.



1007

110



F.K. 74
F.K. 51. 10.

X 2044482

Bernhardi

Za
2139



Hoc,
 Quod Lector, vides,
 Supremo positum fuit Of
VIRO,
 Virtutes spectes, vel Meritorum
 inqviras, in summis Ævi
 memorando;
Cujus FAMA
 Orbem non pervolavit, in
 Udam Humum spernens Sidera inter I
 Me tacente ipse referes,
 Quis ille,
CHRISTOPH
BERNHAR
 Qui ut Sol Cælo,
 Dux Luminum reliqvorum &
 Augustissima
ELECTORALI SAX
 in Aula,
 Sacris Conventibus
 Divino Cultui jungendi
 Princeps modum dedit, moderami
 Tribus adeò Serenissimis El
 Felicissimo
JOHANNIS GEO
 Nomine
 Orbì Miraculo, Cælo datis
 In primis fidus, ipse charu
 Tum
 Dignus e multis habitus,
 cujus Solertiæ



BIBLIOTHECA
PONICKAVIANA

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK
HALLE
(SALE)